

/ R<sup>de</sup> admodum Pater. Senilis aetas mea et occupationum varietas et multitudo facit, ut memor non sim veteris nostrae familiaritatis; sed fidem habeo verbis R.V. et cupio familiaritatem illam mihi aliquid prodesse, ut videlicet particeps sim devotarum orationum, quas R.V. et sancti fratres vestri assidue fundunt ad Deum. 5 Ut pensionis solutione liberetur monasterium S<sup>ti</sup> Petri in Blandinio, aequum esse censeo; et ideo pro hac re libenter intercedam apud Sanctissimum Patrem. De confirmatione quoque coadiutoris in eodem S<sup>ti</sup> Petri monasterio, sollicitus ero, cum me admonuerint 10 quibus haec cura praecipue incumbit. [Nam anno superiore hoc ipsum à me petiit D<sup>us</sup> pater Oliverius Manareus; et ego agere coepi cum card<sup>li</sup> Burghesio, nepote Sanctitatis Suae, acturus postea cum ipso Sanctissimo; sed respondit mihi card<sup>lis</sup> nihil adhuc Romae sciri de ista coadiutoria.] Nam ego eis significavi, ut me adeant, 15 si qua difficultas in negotio expediendo ipsis occurrerit. Vale R<sup>de</sup> Pater, mei memor in sanctis precibus tuis. Romae die 27 martii 1610.

cf. 954 a-l